

Papsturkunden in Frankreich. Band 5: Touraine, Anjou, Maine und Bretagne., Nr. 19

G. episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis in Christo fratribus et coepiscopis Turonensi et Andecauensi salutem et apostolicam benedictionem. Discordia Maioris Monasterii et Rotonensis diu protracta nec adhuc ad finem perducta multotiens aures nostras fatigauit. Vnde uolumus, ut fraternitas uestra rationes utriusque partis diligenter inquirat et, si potest, certum ac legitimum finem imponat. Quod si apud uos fieri non potest, procureate nobis rescribere ueritatem et iusticiam ipsius negotii et utrumque abbatem uel eorum idoneos nuntios nobis transmittere.